Quelle: https://manuscripta.at/?ID=31266
Copyright: CC BY 4.0 <img src="https://manuscripta.at/styles/icon_cc_by.png"> Kontakt: Stift Stams   <img src="https://manuscripta.at/styles/universitaets-landesbibliothek-tirol.png" height="48">   <img src="https://manuscripta.at/styles/BMKOES_Logo.svg" height="48">   <img src="https://manuscripta.at/styles/EUnion_POS1.jpg" height="48">



loco eorum surrexerunt. Isti sunt tortores et oppressores pauperum et
spoliatores. de quibus ysa. iii. Quare attritis po. m. et fri. pau. co
mi. Istum nuntium. s. mortem semper debemus recipere cogitando de ipso
frequenter. Ecc. ix. facile contemp. b. et c. Ecc. vii. In omnibus
opi. t. et c. Iste nuntius est terribilis mal. infirmis flebilis perfectis
desiderabilis. ¶ Per terre motum significatur nuntius ille qui est sententia iudi
cialis; qui inducit timorem et maxime mal. qui timere debet pp. iiii. testes.
dyaconum. conscientiam propriam. angelum. et ipsum dominum. Mal. accedam et
ero testis uelox. maleficis. adulteris. et c. ¶ Per ignem tertius nun
tius. s. pena infernalis designatur. quia sicut ignis est aggrauatio omnis
pene. cui adiungitur. ita pene infernales superant omne tormentum
quod potest excogitari sicut dicit Aug. Momentanea pena infernalis pena. Aug.
maior est omnibus penis temporalibus. licet martires diuersa tor
mentorum genera pressi sint. Iste ultimus nuntius horribilia dicit no
ua. et ideo ab omnibus peccatoribus audiendus. Primum est quod peccatorum non uni sed
omnibus demonibus cum corpore et anima assignabitur perpetui cruciandi. in omnibus
membris suis. nec per mille annos unicum habebit momentum pro requie.
Vnde id. Lassis non da. re. et id. Sed qui torquet fatigatur. nec qui torquetur
moritur. quia fugiet mors ab eis. Secundum quod deus peccatorem nunquam oculo
suo misericordie respiciet. quem iam libenter respiceret si uellet. ps. Ecce. o. d.
super me. e. ¶ Tertium est. quod per omne tempus gaudii celestis quod nunquam finitur
iacebit uincti. ps. Non est illis commu. et non tim. d. et c. eo quod hic de ma
lo ad bonum conuerti noluerunt. O quam dulcis lectus semper in tormentis iacere. ps. La
borauit in ie. et c. ¶ Quartum quod uilissimum cibum in comedent. de quo ps.
Ignis sul. et c. et hec pp superbiam. luxuriam. auaritiam. ¶ Quintum quod diuersis
penis et a diuersis tortoribus torquebuntur. ps. Multipli. sunt super. c.
ca. m. ¶ Sextum quod nunquam post uesperam diuini iudicii. aut beatam
uirginem. aut angelos. aut sanctos uidebunt. ¶ Septimum quod erit eis
tanta tribulatio. quod omnes tribulationes huius seculi quasi pro nichilo reputabuntur.